

## ANEXO 36

### **Concilio de Pamplona de 23 de septiembre de 1023, bajo la presidencia de Sancho III el Mayor, se acuerda la restauración de la Iglesia del Reino de Pamplona**

AGN, *Becerro Antiguo*, 2-6 (B).

AHN, *Leire*, c. 1404, núm. 12 ©. AHN, *Leire*, c. 1404, núm. 11 (D). ACP, *Libro Redondo*, f. 6, ilegible.

ACP, *Libro Redondo*, 147v-149v, copia del siglo XIII, deteriorada Publ. Sandoval, 36-38.

Publ. Yepes, *Corónica*, IV, 441. Publ. Mansi, XIX 409.

Publ. Sáenz de Aguirre, IV, 191. Publ. Tejada, III 79-82.

Publ. Martín Duque, *Documentación*, 47-50, núm. 21. *Catál.*, núm.7.

#### *Priuelegium regale simul et pontificale*

*Ob honorem Sancte Marie sedis Pampilonensis necnon et cenobii Sancti Saluatoris Legerensis decretum a clarissimo rege Sancio, in Pampilonensi concilio, III kalendas octobris.*

*Ego Sancius, clementissima omnipotentis dignatione rex, licet nemini sanctorum regum merear adequari, desinere tamen erubesco eos in aliquo sanctitatis iusticieque facto nolle imitari, presertim cum illud tempus ad exequendum adsit con gruum quo, si profecero, apparebit, ut aiunt mihi pontifices, opus iustum et idoneum. Promulgatum enim uero est quamplurime sedes episcoporum deserte et sine nomine iacent multitudine predatorum et paucitate defensorum et nullus fortasse status uel honor maneret modo episcopalium sedium, nisi eas ab ingruentia uastatorum, regum bonorum et principum retraxisset auxilium.*

*Proinde concessa mihi, diuina subueniente potentia, securitate de hostibus, quamuis diuinis beneficiis nichil equale possit recompensare neque id donum comparare quod receptum habeo Creatoris largitate, congregans tamen presules ecclesiarum et catholicos uiros concilium ad celebrandum secundum precepta canonum, conari decreui pro celesti prestitu Iruniensem sedem restaurare et sanctam illam ecclesiam precepi sponso idoneo maritare.*

*Pro dolor, una enim de illis est hec sedes, que pene sunt sine nomine, uel que omnis honoris multate uidentur inglorie. Crassante quippe barbarorum nequitia, pessime quoque istius gentis seuiente perfidia, facta est sine tutore missera, omnium bonorum indiga et sine marito uidua.*

*Quapropter grata mente, sana sponte, placido consensu mee coniugis dompne Maiore regine, communi affectu nostrorum filiorum uel consilio episcoporum atque abbatum siue omnium seniorum, iuxta precepta canonum et decreta sanctorum patrum, dantes tertiam partem cunctarum frugum decimarum et reddentes sibi omnes suas dioceses, scilicet uillas, ecclesias, domos necnon et hereditates terrarum et uinearum que olim dinoscebantur in eius potestate consistere, concedo illam dominatui Sancti Saluatoris posthac perpetim credituram pertinere, et tibi domino et magistro Sancio abbati et episcopo, ut Deo iuuante, eam cum nostro auxilio renoues et restaures, et canonicum ordinem ibidem constituas et disponas, qualiter nobis inde ab equissimo recompensatore et iusto iudice Deo mereamur criminum nostrorum in die retributionis remedium adquirere.*

*Post nostrum uero obitum hec ne ulterius ut nunc usque sancta Ecclesia pro indignis periclitetur rectoribus, ne uel a nobis iniquo uero renouatur usepiscopatus exhereditetur, potius ecclesiasticis*

*status, actenus nostra in patria ignorantie caligine offuscatus, renouetur et melioretur, siue regularis ordo ab antecessoribus regibus, scilicet, meis parentibus, et ab episcopis et abbatibus in cenobio Leierenensi ad honorem Sancti Saluatoris et santarum martirum et uirginum Nonilonis et Alodie constitutus, continendo conseruetur et confirmetur exinde propagando per monasteria regni nostri dilatetur, regali auctoritate precipimus sequentibus regibus nobis, ut sancte matris huius prelibate ecclesie Iruniensis futuros episcopos, rectores et gubernatores, de prefato cenobio cum electione conprouincialium episcoporum cum fauore omnium seniorum et militum, uigilantissima cura precipiatur ordine de regulari eligere egregios sponso, prudentissimos uiros, bone operationis sedulitate probatissimos, sacerdotalis et pontificalis honoris dignissimos, qui cum tocuis populi preconio asserentis eos idoneos esse sint, ad episcopalem sublimitatem comodi utpote bonitate largissimi, affabilitate mitissimi, humiles, amabiles, desiderabiles, probabiles, celebres, oratores, benefactores, concordēs, misericordes, pi, iusti, masueti, benigni, pacifici, castissimi et sanctissimi sint, preterea bene instructi ad ecclesiastica officia, psalmiste, conpetiste, cantores, lectores et fide sancta pleni.*

*Ergo magni pendenda episcoporum ceterorumque ordinum, quos supra nominauimus, electione et regali decreto omniumque tandem fauore quicumque adqueuerint et consenserint, consecrentur, ordinentur et in episcopatum sublimentur et, pontificali adornati infula atque mitra dealbati mundissima, antistites in chatedra collocentur.*

*Siquidem prius uoueat atque promittant animo puro et corde uero Deo et Sancte Marie semper uirgini, cuius glorioso nomine est uocitata mater eorum ecclesia, atque omnibus sanctis, cunctis audientibus, se fidem catholicam sancte Trinitatis et unitatis, scilicet, Patris et Filii et Spiritus Sancti, credituros, obseruatueros et firmiter predicatueros.*

*Promittant preterea secundum instituta canonum cathezizare, bapuzizare et cunctum ordinem christianitatis dare, et diaconos atque presbiteros cunctosque gradus ecclesiasticos sine precio ordinare; peccata castigare, plebem ad penitentiam conuocare, infirmos et carcere clausos uisitare, pauperibus elemosinam dare, discordes ad concordiam reuocare, miseris subuenire, querelantes audire, pie et iuste, sobrie et caste uiuere, et terras atque mandationes ad eorum diocesim pertinentes assidue perquirere, et ut non cessent clamare apud reges et principes quorumcumque uiolentia eorum sancta fuerit ecclesia defraudata.*

*Item promittant et uoueat regi, cuius donatione hunc acceperint honorem, fidem integram et sine fraude seruare, et suo metropolitano obtemperare atque obedire et sicut discipuli magistro suo seruire.*

*Ad hoc uero concludant in uotis quod sint solliciti, secundum rectas horas dierum et noctium, diuinum in suis ecclesiis sanctis celebrare officium et cunctas eis oues commissas, in quantum uoluerint, a faucibus luporum rapatum liberare et seruare.*

*Quicumque futurorum regum successorum nostrorum, transgredientes et deuiantes ab hoc regali simul et pontificali decreto, temptauerint dissoluere hanc scripturam, in presenti seculo omnipotens Deus, qui est iustus iudex et regum rex, dissoluat, diuidat regalem honorem et potentiam regni eorum deque illud se diligentibus et timentibus, et in futuro separati a consortio omnium christianorum, interpellante pro eis beata semper uirgine Maria cum omnibus sanctis, participant societatem cum Datan et Abiron et Iuda traditore in inferno inferiori, luentes penas*

*perpetui incendiū sine fine per eterna secula seculorum. Ego uero supradictus Sancius rex, qui hanc cartam episcopalis et cenobialis honoris scribere mandauī, intercedente gloriosa et beatissima Maria cum omnibus sanctis, iustis et electis Dei, merear remissionem peccatorum meorum consequi et celesti in regno feliciter cum Christo letari, amen.*

*Facta carta et confirmata in presentia episcoporum, abbatum et potestatum et totius populi congregati in Pampilonensi concilio, currente era LX.I. post millesima, die III kalendas octobris. Regnante supradicto Sancio serenissimo rege in Pampilona, in Aragonē, in Suprarue, in Ripacorza, in omni Guasconia, in Alaua, in cuncta Castella, in Asturias, in Leone siue in Astorica, imperante diuina clementia domini nostri Ihesu Christi, qui uiuit et regnat per omnia secula seculorum, amen. Sunt testes: Eximina regina et mater regis, regina dompna Maiora cum filiis suis dompno Garsia et Fredinando et Gundesaluo, et fratre eorum Ranimiro. Mantius, Aragonensis episcopus, testis. Santius, Pampilonensis episcopus, testis. Garsia, Naielensis episcopus, testis. Arnolfus, Ripacorcensis episcopus, testis. Munio, Alabensis episcopus, testis.*

*Iulianus, Castellensis episcopus, testis. Pontius, Obietensis episcopus, testis. Arduinus, gramaticus et scriptor huius testamenti, testis. Senior Fortunio Sanz, testis. Senior Eximino Garceiz, testis. Senior Fortunio Sanz, testis. Senior Acenari Fortuniones, testis. Senior Garsia Fortuniones, testis. Senior Lope Enecones, testis.*

*Signum (signo) Sancū. Signum regis Petri.*

### **Privilegio real a la vez que pontifical**

Para honor de Santa María de la sede de Pamplona y también del cenobio de San Salvador de Leire decreto por el clarísimo rey Sancho en el concilio de Pamplona, III de las kalendas de Octubre.

Yo Sancho, rey por la designación del omnipotente aunque no merezca equipararme a ninguno de los santos reyes, me avergüenzo de abandonar, de no querer imitarlos en algo de santidad y justicia principalmente habiendo tiempo conveniente para cumplirlo, que si lo aprovecharé, aparecerá, como me dicen los pontifices, como obra justa e idónea. Se ha promulgado pues cuántas sedes de obispos están abandonadas y sin nombre por la multitud de depredadores y la poquedad de defensores, y acaso ningún estado y honor permanecería ahora de las sedes episcopales, si no las sacare el auxilio de los buenos reyes y príncipes, de las injerencias de los devastadores. Por eso concedida a mi por la ayuda del poder divino la seguridad de los enemigos, aunque nada igual puede recompensar a los beneficios divinos, ni comparar este don que tengo recibido de la largueza del Creador, sin embargo reuniendo a los prelados de las iglesias y a los varones católicos para celebrar un concilio según los preceptos de los cánones, determinaré intentar con la ayuda celeste restaurar la sede Iruñense y mandé dotar de esposo idóneo a esa santa iglesia Oh dolor ésta es de las sedes casi sin nombre, o que aparecen como privadas de todo honor. Porque extendiéndose la maldad de los bárbaros, enfureciéndose también la perfidia de esta pésima gente, se quedó como una desgraciada sin tuyo y necesitada de todos los bienes y como viuda sin marido.

Por lo cual, con grato ánimo, espontáneamente, con el plácido consentimiento de mi esposa la reina Doña Maiora, con todo el asentimiento de nuestros hijos y con el consejo

de los obispos y abades y de todos los señores, conforme a los preceptos de los cánones y decretos de los santos Padres, dando la tercera parte de los frutos y décimas, y devolviéndole toda su diócesis, es decir, villas, iglesias, casas y también heredades de tierras y viñas, que en otro tiempo se conocían que eran de su potestad, concedo que ella se ha de confiar pertenece al dominio de San Salvador en adelante y para siempre, y a ti, dueño y maestro mío Sancho abad y obispo, que con la ayuda de Dios la renueves y restaures con nuestro auxilio y establezcas y dispongas en ella el orden canónico, de modo que merezcamos por ellos del más equitativo recompensador y justo juez, Dios, lograr el remedio de todos nuestros delitos en el día de la retribución.

Después de nuestra muerte, para que, como hasta ahora no se ponga en peligro por indignos rectores la santa Iglesia, para que no se desherede renovado e incoado por nos, y más bien el estado eclesiástico, hasta ahora ofuscado por la oscura ignorancia de nuestra patria se renueve y mejore, y para que el orden regular establecido por los reyes antecesores, es decir, por mis padres y por los obispos y abades en el cenobio de Leire para honor de San Salvador y de las santas mártires y vírgenes Nunilón y Alodia, por la disciplina se conserve y se confirme y de ahí por la propagación por los monasterios de nuestro reino se dilate, mandamos con autoridad real a los reyes sucesores nuestros, que los futuros obispos, rectores y gobernadores de esta santa madre iglesia precitada de Iruña, y del predicho cenobio, con elección de los obispos comprovinciales, con el favor de todos los señores y caballeros, se mande con vigilantísima solicitud elegir del orden regular egregios esposos, prudentísimos varones, muy probados por el celo de las buenas obras, dignísimos del honor sacerdotal y pontifical, tengan el reconocimiento de todo el pueblo que afirme de ellos que son idóneos, propios para la elevación episcopal, como sobrados de bondad, mansísimos por su afabilidad, humildes, amables, deseables, dignos de aprobación, célebres, oradores, bienhechores, amigos de concordia, piadosos, justos, mansos, benígnos, pacíficos, castísimos y santísimos, además bien instruidos en los oficios eclesiásticos, salmistas, computistas, cantores, lectores y llenos de la fe santa.

Por tanto por la elección que se ha de tener en gran estima de los obispos y demás ordenes que nombramos antes y por decreto real y la adhesión de todos los que estuvieren conformes y consencientes deben ser consagrados, ordenados y elegidos al episcopado y, revestidos de las ínfulas y de la purísima y blanca mitra, deben ser colocados en la cátedra como prelados.

Pues que en efecto, deben ofrecer y prometer con ánimo puro y corazón sincero a Dios y Santa María siempre virgen, con cuyo glorioso nombre es llamada la iglesia matriz de ellos, y a todos los santos, oyéndolo todos, que ellos crearán la fe católica de la Santa Trinidad y unidad, es decir del Padre, y del Hijo y del Espíritu Santo, y que la observarán y la predicarán firmemente.

Prometan además según las instituciones de los cánones, catequizar, bautizar y dar todo el orden de cristiandad, y ordenar diáconos y presbíteros y todos los grados eclesiásticos sin precio, castigar los pecados, convocar a la plebe a la penitencia, visitar a los enfermos y a los encerrados en la cárcel, atender a los pobres, escuchar a los querellantes, vivir piadosa y justamente, sobria y castamente y registrar tierras y encomiendas pertenecientes a su diócesis

y que no cesen de reclamar ante reyes y príncipes de todos por su violencia fuera defraudada la Santa Iglesia.

Asimismo prometan y ofrezcan al rey por cuya donación recibieren este honor, guardar fidelidad íntegra y sin fraude y atenerse y obedecer a su Metropolitano servirle como discípulos a su maestro.

Para esto incluyan en sus deseos ser solícito conforme a las horas normales del día y de la noche, en celebrar el oficio divino en sus santas iglesias, y librar y guardar de las fauces de los lobos rapaces las ovejas a ellos confiadas, en cuanto pudieren.

Cualquiera de nuestros reyes sucesores, que transgrediendo y desviándose de este decreto real y a la vez pontifical, intentare destruir esta escritura, en el presente siglo Dios omnipotente que es justo juez y rey de reyes, disuelva y divida su dignidad real y el poder de su reino y lo dé a los que le aman y temen, y en el futuro sea separado del consorcio de todos los cristianos interpelante por ellos la santa siempre Virgen María con todos los santos, participen de la compañía de Datán y Abirón y de Judas traidor en el infierno inferior.

Yo por mi parte el sobredicho rey Sancho, que mandé escribir este instrumento de honor episcopal y cenobial, por la intercesión de la gloriosa y beatísima María con todos los santos justos y elegidos de Dios, merezca conseguir la remisión de todos mis pecados y en el reino celeste gozarme felizmente con Cristo. Amén.

Hecha y confirmada la escritura en presencia de los obispos, abades y potestades y de todo el pueblo congregado en el concilio de Pamplona, corriendo la era milesia L.X.I, en el día III de las kalendas de octubre. Reinando el sobredicho serenísimo rey Sancho en Pamplona, en Aragón, en Sobrarbe, en Ribagorza, en toda Gasconia, en Álava, en toda Castilla, en Asturias, en León o en Astorga, imperando la divina clemencia de nuestro Señor Jesucrito, que vive y reina por todos los siglos, amén. Son testigos: Eximina reina y madre del rey, la reina doña Maïora con sus hijos, don García y Fernando y Gundesalno y el hermano de ellos Ramiro. Mancio, obispo de Aragón, testigo; Sancho, obispo de Pamplona, testigo; García, obispo de Nájera, testigo; Arnolfo, obispo de Ribagorza, testigo; Muño, obispo de Álava, testigo; Juliano, obispo de Castilla, testigo; Poncio, obispo de Oviedo, testigo; Arduino, gramático y escritor de este testamento, testigo; Señor Fortunio Sanz, testigo; Señor Eximino Garceiz, testigo; Señor Fortunio Sanz testigo; Señor Acenari Fortuniones, testigo; Señor García Fortuniones, testigo; Señor Lope Enekones, testigo.

Firma (signo) Sancho Firma del rey Pedro.